Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



22.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Esto mihi in deum protectorem et in
domum refugij: vt saluum me facias. Quoniam
fortitudo mea et refugium meum es tu: et
propter nomen tuum deduces me et enutries
me. Educes me de laqueo hoc quem ab
sconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas domine commendo spiritum
meum: redemisti me domine deus veritatis. Odisti
obseruantes vanitates: super vacue.
Ego autem in domino speraui: exultabo et le
tabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilita
tem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimici: statui
sti in loco spacioso pedes meos. Miserere
mei domine quoniam tribulor: conturbatus est in
ira oculus meus anima mea et venter meus
Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni
mei in gemitibus. Infirmata est in pau
pertate virtus mea: et ossa mea contur
bata sunt. Super omnes inimicos meos
factus sum opprobrium vicinis meis valde:
et timor notis meis. Qui videbant me
foras fugerunt a me: oblitioni datus sum